Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



132) Paulus Diaconus l. 6, c. 61. Regino ad an. 773, et 774. Sigebertus ad annum 774. Anno sequente Dingolfinga celebrata est Synodus: in qua Confœderatio fœdus mutuum orandi pro defunctis institutum est inter Episcopos et Abbates. Interfuit eidem Alimus Sabionensis Episcopus. / Reschius Ann. Sab. sec. VIII § 55.

133) Sigebertus ad an. 780 et 781. Regino ad an. 781.

134) Meichelbeckius in Aribone § 11; et in Attone § 1. De Attone vide supra Addit 127, 129. / Cæterum non omittenda hic transpositio Monachorum de Scarantia in Schlechdorf. Reginbertus fundator, seu mortua seu consentiente conjuge, ipse Monachus ibi factus fuerat. ~~Aribo Episcopus I~~ sub Attone Abbate. Circa annum 771 Aribo Episcopus Frisingensis Monachis Scarantiensibus auctor fuit, ut ex Scaritia deserto nimium ventoso ac nivoso, ut ipse vocat instrumento apud Meichelbeckium, in locum Schlehdorf migrarent. Atto igitur Schlechdorfii Monasterium condidit sub regula S. Benedicti; quod postmodum Canonicis S. Augustini est traditum.

135) Anonymus Campidonensis in vita S. Hildegardis apud Papebrochium ad 30 April. Raderus in Bav. sac. vol. II.

136) Chronicon Salisburgense apud Pezium in Script. Aust. T. I: Anno ~~DCCIX~~ DCCLXXXIV. S. Virgilius obiit: Pro quo Abbas Berthricus eligitur. Elevati sunt Gavinius et Idwinus Bavari ad Pozanum cum Roberto Duce pugnantes, ipsum occiderunt. Aventinus ~~Ann. Boic. l.~~ in Chron. german. Vid. Reschius Ann. sec. VIII, § 57.

137) Regino ad an. 787.

138) Sigebertus ad an. 788. Regino ad an. eundem. Poeta Saxo ~~ad~~ apud Leibnizium Script. Brunsf.

139) Regino ibidem. Raderus Bav. s. Vol. I. Hoc casu stirpem Agilolfingicam fuisse extinctam, vult Velserus rer. Boic. l. 5. Alii tamen linea ex linea laterali, eandem et deinceps propagatam esse, existimant. Theganus c. 26: Sequenti anno (scilicet 821) Imperator accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bavarorum. Hinc probari videtur posse, stirpem Agilolfingicam cum Thassilone et filio Theodone non fuisse emortuam. Annales Laurisheimenses apud Struvium in corpore Hist. ~~Ger~~ Imp. Germ. Thassiloni duos filios, Theodonem et Theodobertum fuisse, et ambos in monasterium trusos, testantur, stirpem vero Agilolfingicam plures antea ramos habuisse, e quorum uno hic Welfus exortus sit. Vid. Falkenstein Hist. Bav. p. II, / et infra ad Cap. IX Addit. ~~32~~ 26 et 32. / f. 148; / f. 477.

140) Falkenstein Hist. Bav. p. II, de Tiroli Comitatu: Als Kayser Carolus M. ganz Bayern durch Grafen regieren liess; so geschah es auch allhier (in Tiroli). Die Grafen von Andechs-- wurden zu erst allhier eingesetzt. De Geroldo Sueviæ Duce, ~~et~~ S. Hildegardis fratre, Boicæque Prætore